



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 3. Superior Palatinatus Maximiliano Bavariae Electori ex pacto traditus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII. solationis messem sæpe colligimus: iis animi  
 A. C. 1628. nostri gaudiis prosequi solemus crebros Ba-  
 varici Ducis triumphos. Nunc plaudimus  
 Nobilitatis tuæ Virtuti in Stadenſi oppido  
 Triumphanti, Deumque intimo affectu ro-  
 gamus, ut frequenti caeleſtis gratiæ rore  
 fecundet tot militaris gloriæ tuæ Palmas,  
 tibiſque benedictionem peramanter imperti-  
 mur. Datum Romæ apud ſanctam Ma-  
 riam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die  
 vigefima ſexta Junii anno milleſimo ſexcen-  
 teſimo vigefimo octavo: Pontificatus noſtræ  
 quinto.

## §. III.

*Superior Palatinatus Maximiliano Ba-  
 varicæ Electori ex patre  
 traditus.*

*Carafa  
 Germ. reſt.  
 p. 339. Et  
 345.  
 Piaſeccius  
 Hiſt. p. 339.  
 Le Blanc.  
 Hiſt. de Bav.  
 tom. 4.*

Hucusque Austriam Superiorem Ma-  
 ximilianus Bavaricæ Elector pigno-  
 ris nomine poſſederat, pro compenſan-  
 dis belli expenſis, quæ ad tredecim flo-  
 renorum myriades computabantur:  
 cum autem Auſtrii Anaſſini minus in  
 Bavaros propenſi ad Cæſarem priſtinum  
 Dominum ſuum redeundi deſiderio fla-  
 grarent, ac propterea ſexcenta floren-  
 orum millia pro reluenda ditione Au-  
 ſtriaca ultro offerrent, hinc Cæſar  
 Trautmanſtorffium Comitem Mona-  
 chium ablegabat, ut apud Bavaricæ  
 Electo-



Electorem Austriæ cessionem urgeret, vicissim vero Palatinum Superiorem ob perduellionis crimen ad Cæsaris dispositionem devolutum, unacum quatuor Palatinus inferioris Præfecturis, quæ cis Rhenum in regione Germanici littoris erant, offerret: Enimvero hac commutatione futura videbatur Maximiliani conditio deterior, tum quod Palatinus ditio Austriaca minus esset opulentus, tum quod illius possessio Friderico adhucdum jus in armis quærente minus certa foret: nihilominus die vigesima secunda Februarii re ultro citroque agitata tandem conventum est, ut Palatinus Superior unacum Electorali dignitate Maximiliano ejusque hæredibus etiam Agnatis perpetuo jure cederetur; ita tamen, ut Cæsar, si Palatinum restitui contingeret, per quatuordecim omnino annos de recuperanda Austria Superiore caveret, ac propterea per aliquot annos Austriæ Proceres Maximiliano adhuc præstiti antea juramenti fide obstricti manerent.

## §. IV.

*Varii motus ac tumultus contra Cæsarem.*

Postquam Ferdinandus Cæsar debellatis omnibus Imperii hostibus victricia

*Lotich. rer. Germ. l. 21. cap. 2.*